

bonus permanet ipse pollutur si societur malo. sed qui malus est in bonum uertitur. sibi exempla sectetur. Ex quo intellegimus. non prophetam perdidisse pudicitiam. fornicariae copulatū. sed fornicaria adsumpsisse pudicitiam quā antea non habebat. Praeter am cum beatus osee non obcausam luxuriae. non libidinis. non propria fecerit uoluntate. sed di paruerit imperio. ut quod in isto carnaliter legimus. in dauid factum spiritualiter probaremus. Qui suscepit synagogam. hoc est populū iudaeorū. fornicationi & libidini seruientem. Ad quam dñs loquitur per iezechiel. & aimeretrix audi uerbum dñi. fractae enim sunt in aegypto māmae eius. & uolutabatur in sanguine. & fuerat polluta usq. ad uerticem. ut nulla pars corporis. atq. membrorū eius turpitudinis maculam non haberet. Operuit talem dñs pallio. & suis iunxit amplexibus. dedit ei mel & oleum. & simulam manducare. & induit eam uestibus pretiosissimis. posuit in collo ornamenta gemmarum. aures ornauit auro. & lapide pretiosissimo. Armillas quoq. brachii prebuit ut bonis operibus uteretur. & nihilominus haec contempta largiatur & bonitate uiri. & prioris in memor turpitudi-

nis. Amatores chaldeos & assyrios. & aegyptios qui magnarū sunt carniū secuta est. Desaluatoris & ecclesiae tyro in praefatu uncula diximus. quod sumpserit sibi uxorem fornicariam quae prius idolis seruiebat. si quis autem contentiosus & maxime gentium noluerit figuratiter dictū recipere. & in ueritē prophetam fornicariae copulatū. Opponamus ei illud quod solē laudare greecia & philosophorum scolarum concinunt. Quae ratione praedicent uirum eruditissimum xeno crates. qui polemonē luxuriosissimum iuuenem. & interpretatias atq. tibicines & impudicas mulieres ebrium & coronatū fecit obedire sapientiae. & adulescentem turpissimū mutauit in sapientissimū philosophorum. Cur socraten ad caelum leuēt qui phedonem ex cuius nomine platonis liber est. delupanari oberudelitātē & aauertiam dñi multorum libidini seruientē in academiā transtulerit. & quidquid illi de philosophiae magistris responderunt. nos ad prophetam defensionē referimus. Haec aduersum hereticos & eos qui & hnicorum sunt similes dixerimus. ceterum nostris qui tamen uolunt suscipere uertitatem illud breuiter ostendamus ex eo quod dicitur. quia fornicans fornicabitur terra dño. non tam prophetam iunctum esse meretrici. quam omne homi-